



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

II. De Forma Sacramentorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41699**

*De forma Sacramentorum.*

**Q**UAERO Quomodo peccetur circa formam Sacramenti? Resp. 1. Si mutatio sit substantialis nullum est Sacramentum; est autem talis, quando mutatur aut pervertitur sensus formæ sacramentalis. Resp. 2. Si sit accidentalis mutatio, & maneat idem sensus, valet Sacramentum, est tamen ex genere suo peccatum mortale, nisi levitas materiæ excuset.

**2** QUABRO Qualiter fiat ista mutatio? Resp. posse multipliciter 1. Per mutationem idiomatis, mutando latinum in vernaculum idioma; aut partim latinè, partim vernaculè profereundo. 2. Per transpositionem verborum, aut utendo verbis aliis ejusdem idiomatis, sed idem significantibus. 3. Per interpolationem verborum, cum spatiū interponitur inter verba priora & posteriora 4. Per additionem alicujus verbi aut subtractionem. 5. Per corruptionem, committendo barbarismum in quacumq; lingua, aut cer-

te



rè corruptè pronuciando ob impedimentum linguæ De quibus sequentes casus sunt resolvendi.

1. Quid sit dicendum, si quis utatur in idiomate valde corrupto aut barbaro. Ex gr. Carbonaria Leodiensis sic puerum baptifavit: *j' & batese à no do Per, & do Fy, & do Saint Esper.* Altera mulier sic invenitur baptifasse: *Efan è et batise à no des Pere & des Fils, & des Saint Esprit.* Resp. valere Baptismum illum, quia idem sensus utrobique relinquatur in forma: licet enim multa corruptio in pronuciatione intercurrat, à vulgari tamen idiomate non ita est aliena, ut sensum mutet; nec ex intentione pronuciantis, nec ex significatione verborum, alicujus populi usu illis adnexa. Adde ordinariè expedire, ut obstetrices vernacula lingua baptifent, quam intelligunt; Latinam enim non intelligentes, faciliùs possunt eam substantialiter violare. Porro si corruptè tantùm, idioma latinum pronuciatur valere Sacramentum definit *Zacharias Pontifex*  
 affe-



afferens exemplum de quo multis poterat esse grave dubium. Baptifarat enim quidam hac formâ: *Ego te baptiso in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*: Afferit verò Pontifex valuisse Baptifismum, quia ille non intendebat errorem inducere, aut mutare sensum: sed solùm latinæ locutionis ex ignorantia infringens linguam, volebat facere quod Christiani faciunt, dum baptifant.

2. Quid dicendum de eo, qui ob linguæ impedimentum balbutiens, & linguâ titubans, syllabas vel absorber, vel multiplicat? sic aliqui balbi linguâ præcipitante, pro *Baptiso*, dicent *Babaptiso*, pro in nomine Patris, in nomine *Paptris*. Alii sic absorbent, ut medietatem verborum non pronuntient. Resp si exigua sit balbuties, parum esse. Si magna certè tales ad sacerdotium non deberent admitti, ob multa incongrua, tum in celebratione Missæ, tum in officiis & ministeriis divinis. Novi ego aliquos sacerdotes ita linguâ impeditos, ut si pronuntiā-

do



do velint festinare, singula syncopent; si morosè & modestè velint syllabas edicere, non possint sine multiplicatione. Et non infrequenter admiratus sum, quomodò se in Canone gerant, & in forma consecrationis: scio enim quod non nisi corruptè enuncient, cui rei etiam Episcoporum cura advigilare deberet, ob indecentiam & incongruitatem notabilem. Exillimo tamen (ordinariè loquendo) eos validè consecrare: quia hic & nunc dem exurgit sensus ex verbis sacramentalibus (ab eis corrupte licet prolatis) eademq; significatio generatur in mente audientium: quod moraliter judicari potest, ab illis qui solici sunt eos audire, & cum eis conversari, ideoq; faciliùs eos intelligere, & quid dicant percipere possunt. Similiter dicendum de illis, qui ob linguæ impedimentum nequeunt pronunciare literam, *r*, & sic consecrantes videntur dicere; *Hoc est copus vel colpus meum?* quia ex tali pronuntiatione hic & nunc ab illa persona prodeunte, natus est in nobis



nobis idem sensus generari. Idem dic,  
si quis dicat, *Hic est Calix*, pro *Hic est*  
*Calix*.

3. Quid dicendum, si quis interrumpat  
verba formæ. Ex. gr. Sacerdos bap-  
tisans dum dixit: *Ego de baptizo*, dicit  
pueris tumultuantibus; Recedite in-  
dè & nolite ibi garrere, postea addit:  
*In nomine Patris, &c.* Aut forte dum  
baptizando; dixit: *Ego te baptizo*, retra-  
hente se puero, dicit; Admove te pro-  
pius fonti puerum, & postea addit:  
*In nomine Patris, &c.* *Hanc resol. cit. ad*  
*long. Dian p 5. tr. 5. resol. 41.*

Resp. licet in his irreverentia inter-  
venire possit, alienis verbis interpo-  
lando verba formæ, tamen valere Sa-  
cramentum: quia moraliter judicatur  
ex antecedentibus & subsequentibus  
verbis una fieri oratio. Si autem nota-  
bilis sit mora, idem non judicatur, & i-  
deo nullum foret Sacramentum. Ex.  
gr. Si quis nunc dicat: *Ego te baptizo*, &  
post quadrantem horæ adjiciat. *In no-*  
*mine Patris, &c.*

4. Quid dicendum, cum aliquod

vcr-



verbum formæ additur, vel aliquod  
 detrahatur? Resp. conformiter dictis  
 si additio vel detractio mutet sen-  
 sum, nihil efficit: si maneat idem sen-  
 sus; licet peccetur, validum tamen ef-  
 ficitur Sacramentum. Exempla prioris  
 modi. Si quis dicat solum, *Ego te bap-  
 tizo*; non addens, *In nomine Patris, &c.*  
 Aut obstetrix quæ dixit: *In nomine Pa-  
 tris, & Filii, & Spiritus S.* aquam projici-  
 endo, sed non addidit: *Ego te baptizo*.  
 Utrobique nullum est sacramentum,  
 quia desunt substantialia aliqua ver-  
 ba. Similiter si addendo formæ dicat  
 Arianus aliquis: *Ego te baptizo in nomi-  
 ne Patris, & filii minoris, & Spiritus S.*  
*procedentis ab utroq;* nihil efficit, quia  
 verum formæ sensum corrumpit. Ex-  
 empla posterioris modi, ubi validum  
 est sacramentum non obstante quod  
 detrahatur vel addatur aliquod ver-  
 bum, hæc esse possunt. 1. mulier quæ-  
 dam baptizans dixit: *Ego baptizo te in*  
*nomine Patris & in nomine filii & in*  
*nomine Spiritus S.* Talis Baptismus va-  
 lidus fuit, quia non immutatur sub-  
 stantia.



stantialis sensus formæ, nec ex intentione baptifantis, nec ex vi verborum.

2. Alia sic baptifavit. *Baptiffo te in nomine Patris & filii & Spiritus S. & benedictæ Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum.*

Talis baptifmus validus fuit, quia nõ cenfetur mulier Catholica (ex ignorantia aut devotione indifcreta hoc adjiciens) voluiffe mutare fenfum formæ, aut errorem introducere profifendo æqualitatem B Virginis cum personis divinis, fed tantum voluiffe invocare B. Virginem & Sanctos eo fenfu quo folet Ecclefia eos invocare, & jungere cum personis Sanctæ Trinitatis, ut orent pro baptifandis, aut eos in fuam protectionem fufcipiant.

3. Si quis dicat. *Baptiffo te in nomine Patris, &c.* relinquendo vocem *ego*, voculam *&*, vocem *Amen*, validum eft Sacramentum: quia illæ voces non funt effentiales. Poftremò addendum hic ordinariè non vitiari formam per verborum tranfpofitionem, v g. *In nomine Patris, &c. ego te baptiffo*, Similiter fi verba fynonyma ejufdem vel diverfi

ædio-



idiomatis adhibeantur, censetur mutatio accidentalis. Ex. gr. si quis dixerit pro baptiso, abluo; aut si quis partim gallicè, partim latinè dicat: *je te baptize, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

### C A P I T U L U M III.

*De ministerio Sacramentorum.*

I. **Q**UÆRO. Quomodo peccet, qui in statu peccati mortalis ministrat Sacramentum? *Resp.* dupliciter. 1. si ad ministerium sit ex officio consecratus & ex officio etiam ministret, peccat mortaliter. 2. si non sit consecratus ad ministerium, aut certè non ministret ex officio, non censetur peccare mortaliter. Exemplis declaro. Mulier baptisans in peccato mortali non peccat mortaliter, quia ad id muneris non accepit consecrationē, aut gratiam, quæ obligetur tale ministeriū in statu gratiæ exhibere: sicut sacerdos eam accipit in ordinatione. Similiter sacerdos privatim sine solemnitate baptisans, non peccat mortaliter: etsi in peccato existat, juxta communioem doctrinam

nam  
fians  
strun  
neces  
libet  
his, c  
1.  
dote,  
nio in  
pecca  
nister  
ction  
niam  
mam  
fenti  
tamq  
tativ  
tali c  
band  
2.  
ipfi d  
trim  
extra  
nus  
grat  
Non